



DISPVATIO XX.

DE REBVS CIVILLI-
bus: & potestate Eccle-
siastica.

THESIS I.

Rituum Ecclesiasticorum tractatui,
reliquorum duorum Ordinum hierar-
chicorum, Politici nimirum & Oecono-
mici considerationem Methodo convenien-
tissimâ subjungit Confessio nostra.

2. Causa facti fuit, ut non tantum innocen-
tiae trophaeum doctrinae Evangelij adversus quas-
vis malevolorum obtrectationes statueret: sed
contra errores etiam atque abusus hominum
malè feriatorum, Monachorum puta, Liberti-
norum, Anabaptistarum & similium, praesens
remedium hoc Articulo pararet.

Acci.